



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

Capitvlm XI. Quod translationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

## Quod translationem.

## PARAPHRASIS.

Quæstum est ex Innoc. III. quid agendum sit Clericis latinis, qui exeuntes ad Ecclesiæ græcam, à Græco Episcopo, secundum ritus eorum, extra Quatuor ieiuniorum temporum ordines sacros suscepunt. Respondet Papa, distinguendum esse; Si absque licentia seu dimissorijs literis sui Episcopi ordines suscepereant, interdicendum est illis ordinis exercitium, et quod ab Episcopo alieno sine licentia proprij ordinati fuerint. Sin autem Episcopus licentiam dedit, culpandus quidem est, quod Clericos suos secundum Græcorum ritum ordinari voluerit, dum tamen talis ipsorum ritus ab Ecclesia toleratur, Clerici sic ordinati ab executio- ne ordinum susceptorum impediri non debent.

1. Qui ab alieno Episcopo sine licentia proprij Ordinarij ordinem suscipit, eius legitimam executionem non habet. Ritus antiquus extra quatuor ieiuniorum Tempora ordinandi toleratur in Græcis, magis tamen probatur consuetudo Latinorum.

**N**O T A N D V M I. Qui ab alieno Episcopo sine licentia proprij ordinem accipit, eius legitimam executionem non habet. Quare hoc sensu, videlicet in ordine ad exercitium, dicitur talis ordinatio irrita, d. 71. c. 1. & seqq. Verum hæc non est propriè dicta suspensio, cum etiam sine culpa contrahipossit ab eo, qui inuinibili ignorantia laborem. Nouiore autem Constitut. Pij I. propriè dicta suspensio incurrit ab ijs, qui sine dimissorijs literis ab Episcopo alieno sacrum ordinem accipere præsumperint. Ad quam censuram incurriendam requiritur dolus, aut saltem culpa crassa & mortalís, vt dixi lib. 5. Th. moral. tr. 9. c. 10. n. 2.

**N**O T A N D V M II. Licet propter confusitudinem antiquarum in Græcis toleretur ritus extra quatuor ieiuniorum Tempora ordinandi, contraria tamē Latinorum consuetudo, utpote antiquis canonibus consentanea magis probatur: quare permittendum non est, ut Latinis, reliquo suo more, Græcorum ordinationem suscipiant. Tametsi ex hoc solo capite, quod extra quatuor Tempora à Græcis ordinati sint, nulla suspensio aut inhabilitas contrahi debeat: quia per eiusmodi inhabilitatem ad ordinis suscep- tio exercitium damnaretur ritus ille Græcorum, argum. c. cùm non est eod. tit. quem tamen Ecclesia non damnare, sed tolerare vult.

CAPITVLUM XII.  
In distribuendis.

## SYMMARIVM.

Ordinatus à Papa, sine eius licentia ad superiores Ordines non promouetur.

**V**i à Summo Pontifice ordinatus fuit, non potest ab alio Episcopo, absque Sedis Apostolicae licentia, ad superioris ordinis gradum promoueri. Ita communiter hoc e. intelligunt Canonistæ.

Ratio est. Quia propter excellentiam Pontificiae potestatis, non videtur conuenire, ut quod ipse cepit, non perficiat, argum. e. sane, 7. de renunt. Quare dicere solent: Si Papa semel manus apposuit, quod alias se immisceré non debeat. Sic etiam dici solet de beneficijs Ecclesiasticis, postquam semel Pontifex manus apposuit, reserando, aut quomodo cunctis disponendo, quod inferior Ordinarius disponere omnimodè prohibeatur, extra aug. vlt. de præbend. & dixi lib. 4. Th. moral. tr. 2. c. 11.

Est autem hoc speciale in Pontifice: Et videtur accipiendum de omnibus ordinibus, etiam primam tonsuram, ut qui eam à Pontifice acceperit, ab alio Episcopo, sine licentia Papali, ordinari non possit, propter rationem supradictam. At vero ordinatus ab uno Episcopo

Rer. 3. Episcopo